x ¶ In ſuris. i. tibijs. ſiue pulpa cruris. Uel. i. in brachijs.
y ¶ Quo. p vt.
3 ¶ Figurata. qua cognoſcit. vt. ff. de reli. l. cũ in diuerſis. ⁊ ſic nõ nõ eẽ quẽ bullandum in fronte. ac. Sed hec lex de cõſuetudine nõ ſeruat'. G.
Cum reos. Crimine liquidato non debet ſnia differri ne detur materia ſupplicandi. h. d. Saly.
a ¶ Manifeſta. qualem habes. ſ. eo. l. qui ſniam.
b ¶ Dat. qõ dari nõ dȝ.
c ¶ Artib[9]. tumultũ forte faciẽdo: vt. ff. d ſic. l. pe.
d ¶ Patet. quod eſſe nõ debet.
e ¶ Nõ ſit. vt. ff. e. l. ſi quis forte. niſi in caſu. vt. j. e. ſi vindicari.
f ¶ Iuris ſniaȝ. ſine hmõi retardatiõe: vt. ſ. d cuſ. re. l. fi. j. d bo. pſcri. l. j. in fi.

Serũus. Seruus ad vincula ſimpliciter dãnatus intelligitur perpetuo damnatus. h. d. Saly.
g ¶ Seruus. deliquit ſuus: p quo iuſſit iudex eũ ſtare in ppetuis vinculis ⁊ domino reddi. certe perpetuo ligatus eſſe debebit. Sed contra ff. eo. ſine pfinito. vbi dicit decennio. ſed hic ex certa ſciẽtia: ibi p errorẽ. vel ibi in metallum: hic in vinculis. ꝓxima vera.
h ¶ Reddi. ſed ⁊ hoc tacite cũ dñs per vincula dñiuȝ nõ amittat: ⁊ ſic ſibi debet reddi. vt. ff. de penis. l. aut damna. §. fi.
i ¶ Eſſe dȝ. vbi ergo iudex nõ diffinit nec ego diffiniã: vt. ſ. de diuer. re. l. falſo. ⁊. ff. de euic. ſi rem. §. fi. ac.

Ne quis. In penā delicti nō dȝ qs alicui corpori vel collegio cōgregari vel transferri. h. d. Saly. a ¶ Corpori. cerdonū vel similii. talia. n. nul ta sunt: vt. s. de iu. om. iu. l. fi. ⁊. ff. qd cuiusqȝ vniuer. l. j. ⁊ est rō q̄ nō eēt pe- na vt dicit: vt ar. j. de decur. l. ne qs. ſȝ certe magna si pelliparius dānet vt sit faber. Sȝ ɔtra in auc. vt nulli iudi. §. adulterā. col. ix. So. ibi spāle fauore religiōis. Itē ɔtra in auc. de san. epi. §. ſȝ neqȝ curialē. ⁊. §. si monach⁹. col. ix. vbi tradit curie ciuitatis. h cōrrigit. vel ven⁹ ibi spāle in illis casibus. Itē ɔtra. j. de appari. pfec. vr. l. ij. li. xij. solue vt ibi.

Si vindicari. Si p̄nceps reſeruat aliquē puniri vltra modū regularē: dȝ iudex vsqȝ ad dies triginta dif ferre vt videat si p̄nceps pe nā relaxet. h. d. saly.

a ¶ Si vindicari. cū hac. l. cō cordat. xi. q. iij. cū apud. qd nō omittas. Glo. eni ponit ibi in tellectū hui⁹. l. ⁊ casus alios in quibus in causa criminali differt executio.

b ¶ Intuitu. vt. s. ad. l. iul. re pe. l. j. ⁊. ff. eo. l. aut facta. §. fi.

c ¶ Solum⁹. spālissima cā est h. al's eni ɔtra: vt. ff. e. cū reis. ⁊. s. de fer. l. pfides. Posset forte rō asignari. q: h grauāt in eo q̄ seueri⁹ puniunt. ergo ⁊c. vt in. l. eū q. ff. de iureiur.

d ¶ Vincia. vt. s. s custo. re. l. j. accur.

Nō diu. De venali pfidia apparitores lȝ absentes debent dānari. h. d. saly.

e ¶ Apparitor. i. nūciorum.

f ¶ Perfidia. sic ⁊ in auc. de exhiben. §. illud. colla. v.

g ¶ In absentes. spāle. Re- gulari ɔtra vt. ff. e. absētē. sic nec appellant: vt. s. quo. ap. nō re. l. nulli. ac.

Sanctimus. Pena non dȝ egredi delinquētē: sed suos tenere auctores. h. d. ⁊ multum nō. saly.

h ¶ Ibi. i. in eo homine.

i ¶ Noxia. i. delictū vt insti. de nox. §. j.

k ¶ Familiares. s. malefactor.

l ¶ Calūnia. i. ab accusatione que calūniose fieret.

m ¶ Societas. tunc enim suo nomine tenerētur.

n ¶ Admittunt. corrigere tñ debēt semores iuniores agna tos: vt. s. de emē. propin. l. j.

o ¶ Teneant. nō tñ in omni loco: vt. ff. de postul. l. ex ca.

p ¶ Ne vlterius. i. in plures p sonas. nā in eadē quandoqȝ maior imponit pena q̄ sit de licti: vt. s. eo. l. si vindicari.

auctores. nec vlterius⁹ progrediat metus⁰ q̄ȝ reperiat delictū. ⁊ hoc singulis qbuscūqȝ iudicib⁹ intimet.

Imp. ho. ⁊ theo. aa. ad an. p̄. p̄.

Omnes quos dānatiōis cōditio diuersis exilijs destinatos tēporis metas pstituti i carceris impleſſe custodia dep̄hendit: solutos pena: vīculisqȝ laxatos: a custodia liberari pcipim⁹: nec formidare miserias vllas exilij. ¶ Sit satis imē sor cruciatū semel luiſſe supplicia: ne q diu puati sūt aure cōis hau stu ⁊ lucis aspectu: inter breue spacium cathenarū ponderib⁹ grauatiet iam exilij penam sustinere iterum compellantur.

Idem. aa. max. pre. pre.

Rectores prouinciaꝝ conueniri p̄cipim⁹: vt ij qui pro suo crimine penam exilij sub certo temporis spacio subire decreti sunt: exacto p̄finito temporis spacio: nec claustris carceralib⁹: nec in locis q bus exules versati sūt: teneantur.

Idem. aa. maximia. pre. pre.

His q conficiendi naues incognitam ante peritiam barbaris tradiderūt: capitale supplicium proponi decernimus.

¶ Ne sine iussu principis certis iudicibus liceat confiscare. xlvij.

Imp. theo. ⁊ valē. aa. ad ger. p̄. p̄.

Nulli iudicū liceat (exceptis ijs q in sūma administrationis sūt positi potestate) pscriptionis tempestate toti⁹ substantie aliquem pcellere: nisi ad nostras aures hoc ipsū referatur.

¶ De bonis pscriptoꝝ seu damnatorum. xlviij.

Impera. anto. a. Marco.

Seruoꝝ capitis crimine dānatoꝝ peculia dominis nō auferri notū est. sed quod seruū domin⁹ habuiſſe probauerit: recipiet. preciumqȝ rerū si que ab eo distracte sūt. Ipsius quoqȝ presentie potestas ei dabitur quoad rationes per eum administrate reddantur ac disponant. ¶ Sȝ meminiſſe dominū opoꝛtebit instare vt id velocius fiat: vt pene sue reddi possit.

Imperator. alex. a. Frontoni.

Deportati nec earum quidem rerum quas post penam irrogatam habuerint: heredem habere possint: sed he publicabuntur.

Idem. a. iul. pre. pre.

Si filius tu⁹ cum eſſet in tua potestate: in insulam deportari meruit: peculium eius: nec quod in castris acquisiuit: vel quod ei militaturo donasti: auferri tibi debet.

Imperator. gor. a. Calimoꝛpho.

In metallum damnatus pene seru⁹ efficit: ⁊ ideo eiusmōi sententiam paſſi bona vendicantur rationibus fisci. Quare si quid rerū habuit is quem postea nostra indulgentia liberatum eſſe proponis: ad ius fisci potius q̄ȝ ad ipsius dominium pertinet.

Imperator. phili. a. arriano. p̄. p̄.

Si vt proponis bona ei⁹ qui tutelam tuam administrauit sententiam paſſi ad fiscum sunt deuoluta: procuratorem nostrum adire cura. Qui si qd iure posci animaduerterit: non negabit.

Impa. diocle. ⁊ maxi. aa. gaude.

De bonis matris deportate: filijs nihil deberi iuris absolutiſſimi est.

Impator. valenti. ⁊ val. ⁊ gra. ad pbum pre. pre.

Si quis intra prouinciam pro qualitate delicti stilum pscriptiōis incurrerit: per ordinarij officij solicitudinem: bonorum eius indago diligentiſſime celebretur: ne quid rei priuate commodis per gratiam atqȝ colludium furto subducatur. ¶ Et plena descriptio cō prehendat quod spacium ⁊ quod

q ¶ Metus. i. pena. nā met⁹ hīc extēdit ad alios marie vbi grauius qs punit q̄ delictū exigat: vt. s. l. fi. vindicari. dicit. ⁊ p hoc q ali⁹ p alio nō punit: fa cit. s. de ios. te. l. fi qs in suo. §. legis. ⁊. s. de nāli. li. l. legē. in fi. ⁊. rñ. ⁊. s. ne vr. p ma. l. ob marito. ⁊. ff. e. l. si pena. ⁊. l. crimē. ⁊ de muneríb⁹ ⁊ ho. l. iij. §. q pr. ⁊. ff. p soc. l. actiōe. §. dicimus. ⁊ de ritu nup. l. generali. §. fi. ⁊. ff. so. ma. fi marit⁹. ⁊. ff. qd qsqȝ iuris. l. ij. §. fi. is in fi. §. ⁊. ff. ad fil. l. fi. ⁊ in auc. vt nulli in di. §. fi. sed spāle in crimine le. ma. vt. s. ad. l. iul. ma. l. qsqs. que est cōtra

Omnes. Hec lex hȝ duas lec. vna glo. fm quā breuit. h. d. In exilium tpale dānatus tpe finito non dȝ ad carceres reduci. ⁊ reduct⁹ dȝ liberari. h. d. Hec lec. nō ē de dubitabili ⁊ nō hī ɔgruit huic tex. lȝ applaudē ma gis videat. l. sequēti. Dic ergo fm pe. ⁊ moder. Temp⁹ quo ɔdēnat⁹ postea fterit in carcere cōputat in exilij tps. h. d. saly. r ¶ Dēs. si datus in exiliū in decenniū cōpleuit tps liberat. ex tūc si in carcere iueniat liberat vt. j. l. pri. ⁊ sic nō ē ɔtra. ff. e. aut dāna. §. solet. Diuersis aūt iō subiicit: q: triplex ē cri- mi: vt. ff. de iter. ⁊ re. l. exiliū. ⁊ facit. s. de his q no. isa. l. ⁊ fi seuerior. ⁊. l. fi pos fidonū. Itē nō q nō est addēda afflictio afflicto: vt. ff. de offi. pre. l. diuus.

s ¶ Haustu. siſitudinarie loquit nā sicut est haustus aque ita venti aeris.

Rectores. Ille q fterit in exilio q̄tū debuit nō dȝ incarcerari postea. h. d. vt sic. Cōpleto tpe pene qs reponit in p̄stinū statū. Bal.

t ¶ Teneantur. vt. ⁊. s. l. proxi.

His qui. Puniendi sunt capite q barbaros docēt nauigia fabricare. h. d. saly. t ¶ Tradiderūt. facit. s. q̄ res expor. nō de. l. ij. ⁊. s. de male. ⁊ mate. l. culpa.

u ¶ Ne sine iussu pcipis

Int ceteras pēas vna est. s. ɔfiscatio: quā culi bet iudici iponere nō licz

Nulli. Iudices mer imperiū nō habētes nō possunt suo offō preter legē exercēdo bona cō fiscare. h. d. ſȝ verā lec. Jo. ⁊ azo. Saly.

x ¶ In sūma. qui. s. hñt mer imperiū: vt ar. ff. de ius vo. l. ij. qles sūt illustres spectabiles cla rissimi: vt. ff. de of. pre. illicitas. §. q vniuersas.

y ¶ Pscriptionis. i. fnie q̄ bona adimunt. multo ergo minus deportare fm az. Sȝ Jo. hāc legē itelligit cū pu cipaliter adimunt bōa nō ex ɔsequētia crimi nis. ex ɔsequētia eni cri minis a quolibȝ ɔfiscā tur fm azo. facit. ff. de peñ. l. relegatiu fi.

z ¶ De bonis pscriptoꝝ ⁊c. Quid de bonis cōdemnatoꝝ fiat dicit.

Seruorum. Dñi seruis capitaliter dānat peculiū dño nō auferi: imo executio differt do nec ab eo dño accelerā ti reddat ratio admini strationis. h. d. saly.

a ¶ Capitis. sic ergo fer uus hȝ caput. ⁊ sic ē cō tra isti. de ca. di. §. seru⁹. ⁊. ff. de accu. l. hos accu sare. §. olbus. So. h ca pitis dicit amputādi: ⁊ sic naturalr vt in ɔtra- rijs. Uel ēt ciuiliter vt q: fiat fu⁹ pene de quo pōt dānari: vt. ff. d pœn. l. aut damna. §. fi. Et ē capitalis ſȝ al's in libe rorū suo nō pōt. p̄rie capitalis dici ciuiliter: vt in cōtrarijs.

b ¶ Habuiſſe. ēt extra peculium.

c ¶ Rerum. de peculio vel extra.

b ¶ Ipsius. sui damnati.

a ¶ Sunt. a seruo vel a fisco. ac.

c ¶ Disponāt. al's dispungant: vt. ff. de ver sig. l. cognoscere. §. dispū gere. ⁊ al's disponant. ⁊ facit. ff. de le. j. suo legato. §. pe.

d ¶ Uelocius. sic. s. de peñ. l. cū res. ac.

Deportati. Etiā post deportationē q̄sita in morte veniūt publicanda. h. d. saly. f ¶ Habuerint. bene eni pōt habere ⁊ vē dere ⁊ ɔtrahere cū sit liber: vt. ff. cō testa. mi. l. neqȝ. §. deportati. ⁊ de le. iij. si deportati. g ¶ Publicabunt. imo nō vt. ff. mā. l. si manda- uero. §. is cuius bona in fi. §. sed ibi pp negociatiōe: h pp delictū fue rāt bona publicata. vel solue vt ibi. Itē ɔtra adhuc videt q nō q̄rant fisco: vt. ff. de iure fi. l. in metalli. ⁊. ff. de penis. l. qdā. ⁊ de ali. ⁊ ci. leg. l. is cui. ⁊. ff. de ijs que p nō scrip. ha. l. iij. sed ille de dato in metallū di cunt: hec in deportato. ⁊ facit. s. ti. ij. l. deportatorum.

Si filius. Peculiū castrense filij deportati nō debet fisco ſȝ patri. h. d. saly. b ¶ In castris. i. nec illō nec illō patri erit auferēdū.

In metallum. Dānatus in metallū fuus efficit. ⁊ publicant bo na que nō restituunt nisi sola pncipis indulgentia. h. d. Saly.

a ¶ Indulgentia. vt .j. de ſen. paſ. l. cũ patrẽ. ⁊ .s. de generali abol. l. fi. ſecus ſi fuerit reſtitutus: vt .j. de ſen. paſ. l. j. ⁊ facit. ff. de iure fi. l. in metallũ. Itẽ ꝯtra .j. de ſen. paſ. l. fi. in fi. ibi ſolues. ⁊ ſa. ſ. e. l. ij.

**S**I vt proponis. Publicatis bonis alicuius: obligationes trãſferunt in fiſcũ: ⁊ cõpetẽs iudex eſt ꝓcurator ceſaris. h. d. Saly.

niſi in fraudẽ ſit facta adoptio: vt. ff. de bonis dam. l. fi. §. ex bonis.

**S**I quis poſthac. Publicatis bonis viri res ꝓprie vxoris nõ dñt occupari: ⁊ dotes illico dñt ſibi reſtitui. ⁊ ei donata añ matrimoniũ vel cõſtãte añ reatũ apud eã dñt permanere. h. d. vſq₃ ad ver. Si qd etiã. ſaly.

a ¶ Res ꝓprias. vt ⁊ .s. ne vxor ꝓ ma. l. ij. ⁊ de do. inter vi. ⁊ vx. l. res.

b ¶ Nõ negabit. cõtra fiſcũ. vt .s. ad. l. iuliã de vi. l. tutoris. ⁊ ff. de tu. ⁊ ra. diſ. l. ſi inter. ⁊ .j. de ſen. paſ. l. tutor. ⁊ ff. ſo. ma. ſi marito. ⁊ .s. ſolu. ma. l. ij.

**D**E bonis. Bona matris deportate non reſeruantur filijs. h. d. Sal.

c ¶ Matris. ſecus in patre: vt .j. e. l. fi. vel dic illam corrigere iſtam.

**S**I quis intra prouincias. Docet qualiter bona deportati debẽt deſcribi: ⁊ qualiter debent ad ꝑncipẽ referri: ⁊ punit negligentem. h. d. Sal.

d ¶ Stilũ. i. ſententiã.

e ¶ Proſcriptionis. i. confiſcationis.

e ¶ Incurrerit. ideſt cõmiſit tale delictũ ꝓp qđ bona ei⁹ debẽt cõfiſcari. vel tacite. ſi ſũt deportati: vt .s. e. l. deportati. vel expſſe qñ ſunt relegati. nã relegatio tacite bona nõ adimit: vt. ff. de inter. ⁊ rele. l. relegator. §. ad tps. ⁊ .s. ſi re⁹ vł accu. mor. fu. l. fi. ⁊ de pen. l. deportator. §.

f ¶ Officij. ſ. pſidis: vt .j. de bo. va. l. fi. ac.

g ¶ Priuate. i. rei fiſcalis: que proprie principis dicit: vt. ff. de q̃dri. pſcri. l. bñ a zenone. ac.

h ¶ Deſcriptio. nõ q̃ſi inuentarium: vt .s. de admi. tu. l. tutores. ac. Et nõ plures ẽẽ qui faciũt inuẽtariũ: vt pſes ꝓuintie de bonis alicuius cõfiſcati vt hic. Itẽ eps facit inuẽtariũ de bonis eccleſie. vt .s. de epi. ⁊ cle. l. nulli. Itẽ creditores vt. ff. de bo. auc. iudi. poſſi. l. fi. Itẽ tutores vt .s. de admi. tu. l. tutores la. ij. Itẽ curator datus bonis vt. ff. de ven. in poſ. mit. l. ſi curatorẽ. Itẽ heres vt .s. de iure deli. l. ſcim⁹ §. finaũt dubiũ. §.

i ¶ Spaciũ. ſ. in ſingulis agris. ac.

ruris ſit igeniũ[k]. Quid aut iculuz ſit aut colaſ. Quid i vineis. oliuis. aratorijs. paſcuis. ſiluis fuerit iuentũ. Que ẽt grã[l]: ⁊ q̃ amenitas ſit locor. Quis edificijs ac poſſeſſiõib⁹ ſit ornat⁹. Quotue mãcipia in ꝑdijs occupat vł vrbana vł ruſtica. vł q̃rũ artiũ generib⁹ ĩbuta teneanſ. Et quot ſint cẽſuarij vł coloni. Quot boũ[m] exercitijs terrar atq₃ vomerib⁹ iſtructũ. Quot pecor ⁊ armẽtor greges: ⁊ in qua diuerſitate numerati ſũt. Quãtũ auri ⁊ argẽti. veſtiũ: ⁊ moniliũ. vł in ſpecie vł in põdere: ⁊ qb⁹ ſpẽb⁹. Quidue in apothecis[n] ſit reptũ. ¶ Tũc õnũ oĩa ea q̃ velle nos pſpicis iqſitõe ꝯſtricta: rõnalis[o] rei ꝓuate tradanſ offõ. aut palatinis ſup hac cã miſſis nřo nectenda pãimonio[p]. ¶ Mox ṽo ad nos ſb lĩis publicis ſigillati de oib⁹ noiatiq₃ referaſ. ¶ Proculdubio negligẽtia[q] mulctãda. nã ſi qd poſt factã a ꝑdicto offõ inueſtigatiõez: rõnalis rei ꝓuate cui ingſino ſcõa mãdata ẽ: ãpli⁹ fortaſſe inenerit: offiñ fraudulẽtũ ea ꝯdẽnatiõe feriet: vt aliõ tãtũ q̃tũ fuerat ſbtractũ: ex ꝓprijs facultatibus inferatur[r].

Imp. gra. ⁊ val. aa. eutro. p̃. p̃.

**S**I deportat⁹ ſuos[s] ⁊ emãcipatos filios habuerit: pars[t] q̃ ex bonis ei⁹ filijs ꝯceſſa[u] ẽ: ad eos tñ q in pt̃ãte erãt trãſferaſ: ſi emãcipati eã q̃ ꝯſecuti erãt emãcipatiõis tpe dãno[x] exiſtimãt ꝯferẽda. ¶ Siaũt ꝯfuſionẽ bonor ⁊ dõatiõis[y] elegerit: oĩa ea q̃ ſiſc⁹ libis dãnati ꝯcedit: eque diuiſiõis ptib⁹ ſortianſ. ¶ Que regula ẽt i dote filie vł nepẽ ex filio dportati ꝯferẽda: cuſtodiẽda erit[z]. Imp. arch. ⁊ ho. aa. ceſario. p̃. p̃.

**S**I qs poſthac filiũ (qđ abſit) ꝓſcriptiõis excepit: vxor res ꝓprias[a] ex q̃cũq₃ titulo ſibi acqſitas: veluti manu iniecta mox vẽdicet: aut certe a quoquo occupatas ſtati recipiat. ¶ Dos ẽt nõ q̃ aliq̃tiens dotaliũ[b] inſtror tenore ꝯſcribit: ſed quã ſe corporalr tradidiſſe docuerit repſentet. ¶ Ea ẽt q̃ ab uxorio adhuc marito añ nuptias titulo donatiõis accepit: vł durãte mãimõio largitiõe[c] viri ad eã añ pſcriptionẽ[a] ꝑuenerit: apõ eã firmiter ꝑmaneãt ¶ Si qd ẽt in emãcipatos liberos añ tps criminis ac reatus[b] pĩez ꝯtuliſſe claruerit: itegr ijſdẽ citra inqetudinẽ reſeruet. ¶ Quod ṽo nec vxor nec emãcipati liberi potuerit vendicare: captũ a publicis pſonis ita ad me referri ſpãlr cẽſeo: vt illõ q̃q₃ addaſ vtr filios[c] hẽat q dãnatus[c] ẽ. ſimulq₃ adijciaſ vtr ijdẽ apõ ſe ex cã donatiõis aliqd vẽdicauerint[d]. ¶ Sz in ijs[e] q fiſcalib⁹ actib⁹ nexi ſũt: ⁊ ꝓ rõcinijs pſcribunt ⁊ cõdẽnanſ: placuit ſi qd ꝓpriũ vxor habuerit vł a marito datũ añ initiũ[f] actus ex q̃ origo fraudis ac vitij in iudiciũ deducta[g] ẽ. ¶ Si qd deide in emãcipatos filios donatiõe collatũ eſt añq₃ crimẽ oriaſ: itemeratũ apõ accipiẽtiũ iura ꝯſiſteret: nec qcq₃ fiſco in q̃lib₃ cã teneaſ obnoxiũ[h]: niſi qđ in dñio ꝓpo quũ obligari orẽ⁹ ẽ habuit[i]. vł qđ agẽs tã ſuo q̃ vxoris[k] ſue vł filior ex cuiuſcũq₃ ptetea noie cõparauit. ¶ Except[l] dũtaxat ceſarianis[l]. i. catholicianis q ab oĩ iuris bñficio excludunt: niſi ꝓbata a me purgataq₃ rõcinia fuerit: vt qđ inoꝛie hũerit trãſmittẽdi copiã hẽant. Imp. the. ⁊ va. lirio. p̃p̃.

**Q**Uãdo qs q̃lib₃ crimie dãnatus: capitalẽ penã vł dportationẽ ſuſtineat: ſi qdẽ ſine libis mortu⁹ ſit: bona ei⁹ ad fiſcum ꝑueniãt[m]. ¶ Si ṽo filij vł nepotes ex dfũct filijs relicti erũt: dimidia[n] pte erario vẽdicata alia eis refueſ. ¶ Idẽ ẽ ⁊ ſi poſthumos dreliqrit. ¶ Decuriõi[o] ṽo q h icurreret[p]: ſi libos ñ hz: ſuccedat curia. bonaq₃ vniuerſa dtieat. aut ipſa p ſe[q] aut ſuo ordiatura piculo mũera ſtituz[r]. ¶ Si nãt erit ſoboles[ſ] curiali. ⁊ ſi ea nõdũ ꝓcreata ẽ: itegris pĩs fortunis fulciaſ ¶ Si filia vł filie fuerit: ps dimidia ad eas dñolnaſ facultatũ: altera dimidia ps ad curiã. ¶ Si ãt mares curiales fuerit intermixti: dimidia

b ¶ Dotaliũ. vł priuator vł publicor cũ data nõ ſit vt .s. de dote cau. nõ nu. l. j. ſic ergo excipit fiſcus cuius intereſt ſicut alij creditores: vt .s. de nõ nu. pe. l. ſi cui.

c ¶ Largitiõe viri. tali q̃ valeat ꝯſtãte mãimonio. vt. ff. de do. inter vi. ⁊ vx. ſi ſpõſus. §. ſi ꝯceſſa. vł ẽt ſi nõ valet non tñ reuocaſ tacite p marití dõnationẽ: vt ſtatim dices de illa q̃ in filios eſt collata. ac.

a ¶ Proſcriptionẽ. ẽt poſt ꝯtrũ crimẽ: vt. ff. de don. l. poſt ꝯtractũ. niſi fuẽit crimẽ pduellionis: vt .s. ad. l. iul. maie. l. fi.

¶ **Si quid etiã.** Donata filijs emãcipatis añ reatũ patris nõ reuocanſ. ⁊ de donationib⁹ in filios collatis pnceps reſcribit. h. d. vſq₃ ad. §. ſz in his. Saly.

b ¶ Reat⁹. vel ẽt poſt. vt nõ dixi. niſi delãti faceret timore. q₂ tũc nõ valet: vt. ff. de do. cau. mor. l. vij. in fi.

c ¶ Filios. q₂ dimidia eis daſ: vt .j. e. l. fi. Et dic filios. ſc₃ in ptãte cõſtitutos.

c ¶ Dãnatus. ſupple an nõ.

d ¶ Vẽdicauerit. q₂ lʒ nõ valeãt tñ morte cõfirmabunſ. ⁊ ſic p donationẽ pĩis nõ reuocanſ: lʒ ſit aliõ in do. ca. mor. vt. ff. de dona cã. mor. l. vij.

¶ **Sz in ijs.** Hec eſt ſcõa ps ꝑncipalis hui⁹. l. que hoc intẽdit. Qñ bona publicanſ ꝓ rõcinijs vxor ⁊ filij ſibi donata añ actus initiũ retinẽt: ꝑcipua a fiſco nõ inqetãda: niſi is q admĩſtrauit fuerit de ð ceſarianis. h. d. vſq₃ ad fi. ſal.

e ¶ Sz in ijs. s. ꝓ delicto: h ꝓ rõcinijs bona publicantur.

f ¶ Añ initiũ. i. añq₃ ex eo actu ꝓ dolo vł culpa fiſco cepit teneri. ⁊ ſic fuerũt eã de demũ fiſco obligata ſʒ Az. vł dic ẽt plus: vt. ff. de bonis q̃ li. l. cũ oꝫ. §. fi. ⁊ de ſcõis nup. hac edictali. §. oĩbus. ac.

g ¶ Deducta eſt. accipe interneratũ ⁊c. qđ eſt .j.

h ¶ Obnoxiũ. i. tacite obligatum: vt .j. de iure fiſci. l. j.

i ¶ Habuit. ⁊ multomagis q̃ hũt poſtea. ⁊ caue. q₂ h ñ excipit a gñalitate pr. nec qcq₃ ⁊c.

k ¶ Vxoris. ſ. ſuo ⁊ vxoris vł ſuo ⁊ filior. nã ꝓ ſua parte fiſco ẽt tacite obligaſ.

k ¶ Ingeniũ. fertile vel ſterile.

l ¶ Gratia. i. habilitas. ac.

m ¶ Quot boũ. ideſt quot boues.

n ¶ Apothecis. i. ſtatiõibus vł locus vbi pecunia recõdiſ.

o ¶ Rationalis. ꝓcuratoris ceſaris. ⁊ facit ad hoc. ff. de cẽſibus. l. forma. ⁊ .j. de apocis pu. l. j. ⁊ de bo. va. l. fi. Vel dic ꝓcuratoris fiſci.

p ¶ Pãimonio. fiſcali: vt .s. dixi.

q ¶ Negligentia. q̃ oĩa ledit: vt in auc. de q̃ſtore. §. j. colla. vj.

r ¶ Inferaſ. vt .j. de iure fi. l. defenſionis.

**S**I deportatus. Emãcipati nõ admittunſ ab bona dãnator patris que reſeruant liberis ex gratia: niſi exiſtentibus in ptãte cõferant que a patre receperãt. h. d. ſaly.

ſ ¶ Suos. in ptãte.

t ¶ Pars. ſ. dimidia. vt .j. eo. l. fi. ac. Et hoc de iure iſto. hodie habent oĩa vt in auc. bona .j. eo. §.

u ¶ Cõceſſa eſt. beneficio ſpãli. ⁊c.

x ¶ Danno. i. ſi putãt dãnum eſſe ſi res illas conferant.

y ¶ Donationis. ſibi facte a patre.

z ¶ Erit. vt ⁊ .s. de col. filiã ⁊ l. poſthumo. qđ dr̃ in naturali idẽ in adoptiuo vt ei detur pars q̃rta:

l ¶ Ceſarianis. loquiſ forte de his quos dixim⁹ ꝑmipilarios. nã p tali debito mulieris bona occupant. vt .s. q. ca. pi. ta. ꝯtra. l. ſatis. filij ẽt ſi nõ ſint hẽdes tenenſ: vt ⁊ .j. de ꝑmipilo. l. cũ. multomagis hmõi donata reuocantur.

**Q**Uando. Qñ bona dãnati de crimine capitali veniũt publicãda: ſi liberos hʒ debet dimidia: niſi dãnat⁹ fuerit de numero curialiũ vł decurionũ: q₂ tũc ſuaſ forma hic ſcripta: crimie leſe maieſtatis excepto. h. d. ſaly.

m ¶ Perueniãt. h eſt ꝯtra .s. de muli. q̃ ſer. ꝓ. l. j. ⁊ .j. de rap. vir. l. j. §. ⁊ ſi qdẽ ⁊ §. finaũt. ſʒ illa ſũt ſpãlia vt fiſco nõ deñſ. Sʒ hec eſt hodie correcta. ſic ſequiſ auc. bona dãnator ⁊c. que eſt vt nulli iu. §. fi. col. ix. quã dic leg e. ac.

n ¶ Dimidia. ſi ṽo ps tñ eẽt publicata filijs nil daſ: vt. ff. e. l. j. in fi. ſʒ pſono nihil põt diminui de ſuo iure in bonis liberti dãnati: vt. ff. e. l. cũ rõ. §. ſi in libertinũ. ſi tñ plures ſint filij ꝑnceps nil eis aufert: vt. ff. e. l. fi. §. fi.

o ¶ Decurioni. i. curali.

p ¶ Incurreret. ſ. in penã capitalẽ: vt. ff. de iu. fi. l. in fraudẽ. §. ij.

q ¶ Ipſa p ſe. q̃ſi in ſuo pãimonio. Ir.

r ¶ Subitur. ſ. aliquẽ cui aſſignẽt hec bona.

ſ ¶ Soboles. ſ. maſcula.

a Eis.ſ.maribus. b Oībus.marib⁹ ⁊ feminis. c Principalis.i. hec lex.ac. d Tráſmittet.vt.ſ.ad.l.iul.maie.l.qſqs. Autētica.
**Bona dānatoꝝ.** Hodie bona dānatoꝝ debent aſcendētibus ⁊ deſcēdentibus vſqꝫ ad tertiū gradū excepto crimie leſe maieſtatis.h.d.ſaly.
e Judicibus.h eſt ɔtra.ff.eo.l.pe.in fi.ſed hec corrigit.ac.
⁊.ff.ad treb.l.ſi legatus.§.multi.⁊ iſti.de fideicō.hē.§.ſi qs vna.ac.
b Tenetur.pro alia fiſcus:vt.ſ.de bo.pro.l.ſi vt pponis.
c Ob pecūiā.⁊ ſic nō pp delictū. d Obligat⁹.vt ⁊.j.ō fideiuſ.l.j.
**Tutor.** Indulgentia nō reſtituit obligationes ɔtra reuerſuꝫ ēt in poſtea qſitis.h.d.Saly. e Dicis.o mater.ſꝫ quā bonoꝝ poſ.

f Fiſco.imo vt .ſ.de inceſ. nup.auc.inceſtas.So.hec corrigit cū poſterior ſit in corpore. Alij dicūt ibi ſpāle vt i crimine maieſta.hic ſubijcit.Al. dicit refert an poſt ſniaꝫ retinet ciuitatē ⁊ tunc ɔſiſtant vt ibi.an nō:⁊ tūc cū nō eēt pena bonoꝝ adēptio nō hꝫ fiſcus: vt h.⁊ ar.in auc.de mā.pn.§. oportet.col.iiij. Et hec pbat in auc.de inceſ.nup.§.j.col.ij.
g Diffinitā.quā forte ſequeret ſi culpa viri ſolutū eēt mrīmoniū vt.ſ.de rep.l.fi.tn̄ hodie mrīmoniū nō ſoluit p ſupplicīū:vt in auc.de nup.§.ſꝫ ēt captiuitatis.col.iiij. Al'dic q̄tuꝫ ex morte lucraret.vt.ſ. vñ vir ⁊ vxor.auc.preterea.⁊ ſ.de epiſ.⁊ cle.l.deo nob.§.i.
h Jubemus.vt ⁊.ſ.ad.l. iulia ma.l.qſqs.⁊ hac.l.fi.
i De bo.coꝝ qui mortē ſibi ɔſcī. In his diſtingue:vt dixi.ſ.q teſta.fa.poſ.l.ſi is.ac.
**Quum demum.** Ubi qs mortē ſibi cōſciuit ob criminis publici ɔſciam bona eī⁹ publicātur.ſecus ſi ob doloris ipatiētiam.h.d.cū.l.ſe.Saly.
k Delati.i.poſtulati vel in crimie deprehēſi.⁊ dic tali ex quo ſi dānaret pēa eēt mors vel deportatio:vt.ff.e.l.fi.
l Pertinebūt:vt.ff.e.l.fi.§. j.⁊ ō in.ff.l.i fraudē.§.iij.ac.
m Orū.tráſmittunt:vt ⁊ ſ.ſi reus vel ac.l.pe.⁊ ff.⁊ de iure fi.in fraudē.§.j.⁊ ff.de accuſatiōibus.l.ex indicioꝝ.⁊.ſ.ad.l.iul.ma.l.fi.ac.
n De ſniam paſſis ⁊ reſti. Quia damnati reſtituunt.io de hac dicit.
**Cum ſalutatus.** Reſtitutio a principe cōceſſa dānato reſtituit eū in pſtinū ſtatuꝫ ēt quo ad honorē ⁊ bona.h.d.ſaly.
o Salutatus eēt.impator Antoninus vt.j.pater.
p Principalibus.i. preſidentibus officioꝝ.
q Et pceſſiſſet. aliquātulū aſſurgens.
r Antoninus aug.dixit.ſ.iperator.
ſ Quid ſit in inte.hoc ē honoribus ⁊c̄.vt.ff.de ver.ſig.l. pnceps.⁊ inſti.q mo.ius pa. po.ſo.§.⁊ reſtituti.⁊.j.de bo.va.l.ij.⁊.ff.e.l.i. An ⁊ famē? q̄ſi.ſic:vt.ff.ō poſtul.l.i.§.pe. ⁊.ſ.de nup.impalis.in pn.⁊ §.ſꝫ ⁊ ſi tales.⁊.j.e.l.fi.ſec⁹ in indulgentia p quā fama non

pars eis⁹ curie noie deferat:⁊ alia quā in cōe oībus⁹ tribuit īdulgētia pncipalis⁹.p virili diuidāt portiōe. Excepta ſola maieſtat̄ qōne:quā ſi qs ſacrilego aio aſſūpſerit:iuſte penā ēt ad ſuos poſteros tráſmittet⁹.

**In auc.vt nulli iudi.§.fi.col.ix.**

CON. Bona dānatoꝝ ſeu proſcriptoꝝ nō fiūt lucro iudicib⁹ aut eoꝝ officijs:neqꝫ ſꝫ veteres leges fiſco⁹ applicant:ſꝫ aſcēdētibus ⁊ deſcendētib⁹ ⁊ ex latere vſqꝫ ad tertiū gradū ſi ſupſint. Uxores vō ipoꝝ dotē ⁊ añ nuptias donationē accipiāt. Sin vō ſiñ dote ſint:de ſubſtātia viri accipiāt ptē a legib⁹ diffinitā⁹:ſiue filios hēant ſiue ñ. Sꝫ ſi nemīnē pdictoꝝ habeāt q delīquūt:eoꝝ bona fiſco vendicantur. In maieſtat̄ vō crimine ɔdēnat̄ veteres leges ſeruari iubemus⁹.

**De bonis eoꝝ qui mortē ſibi conſciuerunt⁹. l.**

Impera. Anto. Aquilie.

**Q**Uoꝝ demū bona fiſco vēdicant:q ɔſcia dlat⁹:admiſſiqꝫ crimis:metuqꝫ future ſnīe man⁹ ſibi itulerūt. Ea pp ſiſcꝫ vl' patrē tuū ſi nllo dlato crie dolore aliq corpis aut tedio vite:aut furore vl' inſania:aut aliq̄ caſu ſuſpēdio vitā finijſſe ɔſtiterit:bōa eoꝝ tā ex teſtō q̄ꝫ abīteſtato ad ſucceſſores ptinebunt⁹. Impa.Alex.a.Ruſt.

**E**Oꝝ q in reatu diē ſuū fūcti ſūt: ſi ñ pduellōis cāꝫ ſuſtinuerūt: nec ob metū crimis mortē ſibi ɔſciuerunt:bona ad ſucceſſores tranſmittuntur⁹.

**De ſniaꝫ paſſis ⁊ reſtitutis⁹. ij.**

Impera.anto.a.

**C**Uꝫ ſalutatus⁹ eſſet ab Hociano ⁊ Aduento ⁊ opelio macrino pfectiſ ptorio clariſſimis viris.Jtē amicis ⁊ pncipalibus⁹ offōꝝ ⁊ vtriuſqꝫ ordis viris ⁊ pceſſiſſet⁹:oblat⁹ ē ei iulianus lucinian⁹ ab ellio vlpiano tūc legato in inſulā ɔportat⁹.tūc antoninus au guſt⁹ dixit reſtituo te in integꝝ puincie tue.⁊ adiecit.vt āt ſcias qd ſit in integꝝ⁹ reſtituē:reſtituo te honoribus ⁊ ordini tuo ⁊ oībus ceteris⁹.

Idem.a.Quieto.

**C**Uꝫ pꝛeꝫ tuū in metallū dānatū fuiſſe pponas:eiuſqꝫ bōa merito a fiſco⁹ occupata ſūt:ſi iō q ex indulgētia mea pena tm̄mō metalli liberat⁹ eēt:ēt bonoꝝ reſtitutiōeꝫ ipetrauit:niſi ſpāle bñficiū ſup h ſuerit ipetratū⁹. Imp.alex.a ſtrato.

**S**J debitor penā⁹ ſnie paſſus ē: quā bonoꝝ adēptio ſecuta eſt. q̄ꝫuis poſtea ciuitati romane reſtitut⁹:nō totā ſubſtātiā ſꝫ aliqd⁹ ex indulgētia pncipis vt hēret ipetrauit: eris tñ alieni ex pcedēti tpe pena liberat⁹ ē. Sin vō ptē⁹ bonoꝝ accepit.p rata portiōe ei⁹ tenet⁹. Q ſi ob pecuniā⁹ debitā fiſco bona ei⁹ occupata ſūt:māſit vna cū ſuis fideiuſſorib⁹:pprijs creditorib⁹ obligatus⁹. Idem.a.Ualentine.

**T**Utor filioꝝ tuoꝝ:quoꝝ te bonoꝝ poſſeſſiōeꝫ accepiſſe dicis⁹ in metallū dānat⁹:⁊ poſtea ex indulgētia gnāli regreſſus:q̄ꝫq̄ꝫ locupletior⁹ ſit:actiōe tutele adminiſtrate tibi nō tenet⁹:ſi nō gr̄a ſnie facte ſpāliter ſtatū pſtinū cū bonis recuperauit⁹. Idem.a.Juliano.

**S**J adēptis bonis in iſulā ɔportat⁹ ſis:q̄ꝫuis ex idulgētia cōī redijſti:actiōes tñ q̄ſcunqꝫ habuiſti remanēt i cā bonoꝝ publicatoꝝ⁹. nec ex ordie ē qō petis vt ɔtra heredes tutoꝝ actiōes tibi preſtentur. Impa.gordia.a.Fabiano.

**I**N iſulā filio deportato:hacqꝫ rōne viculis pñe ptātis exemptoꝫ⁹:ſi poſtea ex idulgētia diui alexādri vt pponis redit⁹ in patriū ſolū:pcedenſqꝫ dignitas reſtituta ſit: ptās tñ pña repetita nō videtur⁹. Impera.philip.a.Caſſio.

**G**Eneralis indulgētia nr̄a reditū exulib⁹ ſeu deportatis tribuit:non ēt loca militie pdē adempta ɔceſſit.neqꝫ integram atqꝫ illibatā eſtimationem reſeruauit⁹. Impa.va.⁊ ga.aa.felicitio.

**F**Ruſtra adhuc ſuū eē tui iuris exiſtimas:q i metallū dānat⁹ pena ei⁹ poſtea liberat⁹ eſt.p hmōi enīꝫ idulgētie occaſionem itegrari dñiuꝫ pus nō placuit⁹. Uerꝫ iccirco tñ ipune tibi eū pſes puincie iniurioſū eſſe non patiet⁹. Q ſi qd rem maꝫ tꝫ:pcurator⁹ vobis⁹ iudex erit. Fiſci eni ceperit⁹ eē mācipium.

accepiſti:tñ. vñ legitimi.vt.ff. vñ le.l.ij.§.fi. ⁊.l.ſe.vl' ſeptimā ēt ordinariā.q̄ dat his q nouis legib⁹ vocant:vt.ff. vt ex le.⁊ ſe.cō.bo.poſ. def.l.j.⁊ iſti.de bo.poſ. §.ſeptima.
f Locupletior. bonis poſtea queſitis.
g Nō tenet.vt ⁊.ſ.e. .l.ſi debitor.ſed fiſcus vt ⁊.ſ.ad.l.iu.ō vi.l.ij.
h Recupauit. vel cū pnceps ei reſtituere vellet bona noluit:vt ſ.e. l.ij.⁊.iij.
**Si adeptis.** Indulgentia nō reſtituit actiones aduerſus quondā debitores.hoc dicit Saly.
i Cōi. quia ⁊ multis alijs cōiter induliſit.
k Publicatoꝝ.ſic ⁊ ſ.e.cū pſem.ſꝫ vꝫ h cōtra.ff.de ali.le.l.is cui. ſpāle in alimentis ſicut ⁊ pōt ad eaꝫ eām in metallū dānato legarē vt ff.de his que p nō ſcri. l.ſi in metallum.
l Tutoꝝ.quōdā meꝫ
**In inſulā.** Indulgētia conceſſa filio deportato nō reſtituit eū in pſtam poteſtatē. h.d.Saly.
m Exēpto.vt inſti.q. mo.ius pa.po.ſol.§.cū autem.in pn.
n Non vi.imo vi q ſic:vt iſti.q.mo.ius pa. po.ſol.cū aūt.in fi.So. aliō in pāe q ipſe reſtitutus pñaꝫ ptātē recupat.filius vō reſtitutus nō recidit in eā:q ſic ei reſtō noceret ſm quoſdā h nō vꝫ:q expſſeō vtroqꝫ ibi dic.ſ.ō pāe ⁊ filio deportato ⁊ reſtituto. Jtē ⁊ p h qō hēs.j. e.ſi pr.itē ⁊ p h q liber tus reſtitut⁹ recidit i ius libertinitatis:vt.ff.ō iure pa.ſiue pion⁹. Alij dūt eē ibi ſophiſma pūcti.⁊ dicūt ibi fuerūt reſtituti ad oīa.h nō.tn̄ dic verī⁹.h fuit idulgētia:ibi reſtō:ar.j.l.pr.⁊.ſ.e.l. j.⁊.ſ.de gnāli ab.l.fi.
**Generalis.** Indulgētia principis nō reſtituit militiam neqꝫ famam.h.d.Saly.
o Reſeruauit.vt ſ.l.

Q reſtituit:vt.ſ.de gnāli aboli.l.fi.⁊.j.eo.l.generalis.
**Cum patrē.** Indulgentia ſolā penā remittit:non autēꝫ bona reſtituit niſi dictum ſit.h.d.Saly.
t A fiſco.vt ⁊.ſ.de bo.pro.l.in metallū. u Jmpetratū.vt.j.e.l.tutor.
**Si debitor.** Recupans bona p viā quote tenet creditorib⁹ p rata:nō ſi recupat aliqd in ſingulari.⁊ qñ pp debita bōa alicui⁹ tráſeūt in fiſcū ille nō liberat a creditorib⁹:ſec⁹ ſi pp delictū.h.d.ſaly. x Penā.ɔportatiōis
y Aliqd.ſingulare:vt pdiū. z Liberat⁹.a morte ciuili:vt.ff.e.l.ij.ſic ⁊ liber fact⁹ ſuus lꝫ māumiſſus nō tñ tenet pmis creditorib⁹:vt.ff.ō ac.⁊ ob. l.ſui⁹.ac. a Partē.quotā.ſic ē reſert quotā ptē vl' ſingularē rē hēat:vt h

pri.⁊ de gnāli aboli.l.fi.Sꝫ ɔtra.j.e.l.cū indulgētia.ſolue vt ibi.
**Fruſtra.** Seruus in metallū dānat⁹ deſinit eē dñi.⁊ indulgentia ei ɔceſſa pori dño eū nō reſtituit.Si qd tñ tenet qō ad porē dñm ſpectat:pcurator ceſaris cognoſcet iter eū ⁊ fiſcū cui⁹ cepit eē mācipiū h.d.ſaly. p Dānatus.⁊ ſic ſuus eē deſiit:vt.ff.de q̄ſti.l.ex ſnco.§. fi.nec liberatus redit vt h:⁊.ff.de pen.l.aut dāna.§.fi.niſi erronea ſua ɔfeſſiōe hita in tormētis fuit cōdēnatus:q poſtea falſa appet:ſic liberat.nā dño reddit:vt.ff.de q̄ſ.l.i.§.fi.q eſt ɔtra. q Nō placuit.ſecus de liberto:vt.ff.de iure pa.l.ſiue.Uel diſtingue ſuus reſtituat:⁊ tūc idē qō in liberto:an ex indulgētia pena remittat:vt hic ſm Jo.

Impera. diocle. ⁊ max. aa. Reſt.

SI pr̄ veſter in inſulaꝫ ꝺportat⁹ gñali idulgētia reſtitut⁹ ē: nec vt libos in ptāte recipet ſpālr ipetrauit: in dubiū ñ venit h̄ditat̄ cōmodū p vos̄ ei acqri (quos ſnīa ꝯ eū⁹ plata pceſſa effecit) neq̄quā po tuiſſe. Idē. aa. ⁊ cc. ōmetrio.

QUm indulgētia nr̄a itervenie te ſis reuerſus ad lares tuos: fruſtra vereris ne ex ānotatione p ſidis (q̄ tā abolita eſt) calumniā pa tiaris. Idem. aa. phil.

QUſus eius q ſūdi mouerat q̄ ſtionē: ⁊ ex benignitate nr̄a fa cta in eum cū bonis reſtitutio: ſta tum p̄ſtinum cauſe non mutauit.

Idem. aa. Triphoni. p̄. p̄.

SI ꝺportationis ſnīe veniā in dulgētia nr̄a ꝯſecuta recepit ſubſtantiā ſuā: ſe ptegere ſceleris pena ꝯtra creditores: quominꝰ iu re debitum ſoluat iprobe conat̄.

Impa. ꝯſtan. a. ad max.

IN q̄ōne teſtamēti qḋ ꝺportati filꝰ remeāte pr̄e feciſſet: remo tis vlpiani atq̄ʒ pauli notis: papini ani placet valere ſnīaꝫ: vt in pr̄is ſit filꝰ ptāte: cui dignitas ac bona re ſtituta ſūt. Ita tū vt geſta p filiū cuius ꝯſiliū legitima etas firmaue rat: rata ſint: eodē in ptāte patriaꝫ redeūte: ne coꝝ reſciſſio eff. ciat (qḋ ē maxīe abſurdū) eodē tpe: nec in pr̄is nec i ſua quēq̄ʒ fuiſſe ptāte. Miores. n. etate iure q̄q̄ʒ agē ꝓhibēt. Quibꝰ ſi dānato pr̄e tutor datꝰ ē: nece ē vt ab offō ſuo recedat regreſſo eo. quē ñ ſolū noīe redire ſʒ ēt offm̄ ſuū nlla prauitate corruptū libis p̄bere oʒ: vt eoꝝ bo na tueat̄ ⁊ augeat. Nā ſi pr̄ia ptā te ad corrūpēdi atq̄ʒ effūdēdi patri moniū licētiā abutet̄ (vt furioſo ac demēti. itē pdigo: libidinū oīumq̄ʒ vitioꝝ ſuoꝝ: nō ē coꝝ pecūia ꝯmitē da) ab adminiſtratiōe fugiat: neq̄ʒ tutor eē oſinat: oiaq̄ʒ minoꝝ diſ pēdia ſuis ipe dānis p̄ſtet. Sē tētia vō ꝺportatiōis: nullo pr̄cꝫ p iudicio diminuat. Quē ſi cōpta integritas vt nā ita officio liberis re ſtituerit: ei gubernacula reꝝ tradē da ſunt: cuius ad imitatiōeꝫ publi ci iuris, puiſa cuſtodia eſt. Quē niſi bonis pr̄ibꝰ deſ: luctuoſior erit filijs reditus q̄ʒ diſceſſus. Idōq̄ʒ tātū ad reſtitutionē idulgētia valeat: q̄ʒ tū ad correctionē ſnīa valuit. vtq̄ʒ ꝺportatiōis ipſū p ſe nomē oīum reꝝ ſpoliatio ē: ita idulgētie reſtitu tio bonoꝝ ac dignitatū vno nomie amiſſoꝝ oīum ſit recupatio. Et filij emācipationē a patribꝰ cū officijs petēt: vt libtatē: nō dānationis: ſed lenitatis paterne teſtem habeant.

a Patiet. in memoriā dn̄i prioris. vt. ff. de queſti. l. extraneo. in fi.
b Procurator. ſ. ceſaris. c Uobis. ſ. tibi ⁊ fiſco.
d Ceperit. poſt liberationē pene. pmo enim ſuus erat pene nō fiſci: vnde ei legari nō poterat: vt. ff. de iure fiſci. l. in metallū: ⁊. ff. de his q̄ pro nō ſcrip. l. ij. que ſunt contra. Uel eſt fiſci etiam prius nō pure vl̄ ꝓprie: ſʒ per quandam cōſequētiam. ſiue ſecū dario ex quo nō eſt dn̄i ſʒ. B. ⁊ facit. ſ. de pen. ſeruo. ⁊ de bonis pro ſcrip. l. in metallū. ⁊. ff. de fideicō. liber. l. gene raliter. §. ſeruus.

SI pater. Per de portationē patris filij liberantur a patria ptāte: quā non recupat ex ſola indulgentia ſibi cōceſſa. h. d. Saly.
e Per vos. filios.
f Quos. filios.
g Eum. ſ. patrem.
h Nequaquā. ꝯtra. ſ. e. l. fi. ⁊ inſti. q. mo. ius pa. po. ſo. §. cū aūt. So. vt dixi. ff. e. l. in inſulaꝫ.

QUm indulgen tia. Due ſunt pn̄ cipales lec. vna que po nit in glo. q. verſi. vl̄ ter tio ſm̄ quā. h. d. Jus cu ius pena p indulgētiā eſt remiſſa nō dʒ a fiſco ingerari bonis etiā ſibi p indulgentiā ſpāliter ꝯceſſis. h. d. Et hāc lec. pſequit̄ glo. ⁊ non ob ſtant cōtraria. Alia eſt lec. vt de īfamia loqua tur. ⁊ hec ſubdiuidit̄ in duas: ⁊ ſm̄ vtranq̄ʒ. h. d. Indulgētia ſimplex tollit penā ſʒ nō abolet infamiā niſi ſpālit̄ ⁊ ipa ſit remiſſa. h. d. Saly.
i Tuos. ⁊ ſic ad bōa ſpecialiter.
k Calūniaꝫ. ſi dicas. i. infamiā q̄ſi p indulgētiā remittat̄ infamia. eſt cōtra. ſ. e. l. generalis. vt. ſ. de generali aboli. l. fi. Dic ergo calūniā. i. penā īfamia ꝯtractā. Uel dic ſpāliter h̄ fuiſſe indultā infamiā. Uel ter tio nl̄ dicit̄ hic de infamia ſʒ de bonis de qbꝰ dicit eū nō debere pati ca lūniā. i. aliqd calūnioſe. Uel quarto de tali crimine fuerat dānatus qḋ infamiā nō iportauerat vt ſtellionatus: vt. ff. de crimine ſtel. l. ij.

QUſus. Actor interim deportatus ⁊ reſtitutus poteſt ad priorem actionem redire. h. d. Saly.
l Caſus. mota actiōe in rē deportatꝰ fuit actor: ⁊ tādē reſtitutꝰ: agit q dē actiōe inchoata. m Eius. aīs ei. n Reſtitutio. in itē. vt ſ. e. l. i. ⁊. ff. de ver. ſig. l. pncepo. Uel ſi dicas q̄ fuit indulgentia: dic ēt ſpāliter bōa reſtituta: vt. ſ. e. cū patrē. in fi. ⁊. ff. e. l. ij. aīs nō eēt actio re ſtituta: vt. ſ. e. ſi adēptis. dic ergo caſus deportatiōis irrogate ei q ⁊c.

SI deportationis. Onus creditorum ſequit̄ bona per indulgē tiam reſtituta. h. d. Saly.
o Deportationis. indulgētia bonoꝝ fuit ꝯſecuta veniā pene. ⁊ ſic re cepit ſubam. ſ. deportatus. vl̄ etiā recipere potuit: vt. ff. e. l. ij.
p Recepit. ſ. deportatus. ⁊c. q Subſtantiā. i. bona.
r Protegere. i. defendere. ſ Sceleris. i. delicti. t Pena. quā paſſus fuit. u Improbe. vt ⁊. ff. e. l. iij. ſʒ interim in depor tatione cōueniri nō poteſt: vt. ff. de ca. di. l. tutelas. §. i.

IN q̄ōne. Iſta lex varijs modis legit̄ p glo. in ſui pn̄. Et diuidi tur in quatuor ptes ſʒ bal. Et. h. d. Reſtitutio reītegrat oīa. ⁊ me dio tpe facta dependētiā habentia reſcindit: nō q̄ ſunt in eſſe pfecto ⁊ cōſumato. h. d. Uel ſic latꝰ. Reſtituto dānato filij recidūt in eiꝰ ptāte: ⁊ p ꝯñs teſtm̄ eoꝝ irritat̄. ꝯtractus vō p eos interim legitime celebrati remanēt rati. eorūq̄ʒ tutela expirat: ſi pt̄ ꝓbos hēat mores nō aliter. ⁊ qḋ abſtulit deportatio: reintegrat reſtitutio. h. d. ſm̄ Saly.
x In q̄ōne. qḋ illa eſt an teſtm̄ filij eius q deportatꝰ eſt irritet̄ p̄r̄e in integꝝ reſtituto: quā nō ſoluit. ſʒ de alijs p eū geſtis pſequitur.
y Deportati. idēq̄ʒ a ptāte exēptus: vt inſti. q. mo. ius pa. po. ſol. §. cū aūt. ⁊. ſ. e. l. ſi pater. z Remeāte. poſt teſtm̄ factū. ſʒ alij dn̄t ſi filiū teſtatū poſt reuerſionē pr̄is. Et male dn̄t vt patet i ꝯtria ſcdm̄ glo.
a Patre. qḋ de illo medio tpe poſt reſtōnē an̄ reuerſionē: Rn̄. eſt in ptāte. q: ſicut deportatio ſtatim facit eū pdere ciuitatē ⁊ q̄ iuris qui his ſunt: ſic ēt reſtō ſtatiꝫ recupare: vt. ff. de penis qdā. ⁊. ſ. e. ibi quē ſi cō perta ⁊c. Itē qḋ ſi poſt reuerſionē: tn̄. idubitāter nō valet. Iteꝫ ſi filꝰ morit̄ pr̄e nō reſtituto in quo vʒ teſtm̄: tn̄. in aduenticijs nō ſolū in caſtrēſibꝰ ⁊ q̄ ſi: ſaluo tn̄ vſufructu pr̄i: vt. ſ. de bo. mīuis. l. ij. ⁊c. Tu dic vſufructū eē fini tū media capitis dimi. patris vel p deportationē: vt in inſti. de vſufruc. §. fi nit. ⁊. ſ. de vſu ⁊ habi. l. corruptionē. vñ nō ſuat patri. B.
b Ptāte. imo nō: vt. ſ. e. l. inſulā. ſʒ ibi ſola idulgētia pe ne: h̄ reſtitutio in integ. que ē ad omnia vt ibi dixi.
c Cuius. ſ. filij.
d Rata ſint. qḋ ē teſtō: Jr. dicit valere. ⁊ p eo eſt qḋ hij cit ne eoꝝ ⁊c. ⁊ inſti. de teſta. §. ſʒ neq̄ʒ hēs. ibi q: totū hoc negociū qḋ agit̄ ⁊c. vt ita ꝯue niat ad id qḋ dic̄ h̄ geſta Jo. dicit irritari ſicut cuꝫ teſtator ſe dat in arrogationē: vt inſti. q. mo. te. infir. §. alio. Itē pro hoc. ff. de v. ſi. l. verba ꝯtrare rūt. Et hec plꝫ. ⁊ ꝓbat̄ Lea. l. in glo. huiꝰ vbi corruptū. Sʒ ſi facto teſtō an̄ reſtōneꝫ pr̄is decederet: vʒ teſtm̄. ⁊ i hoc ar ticulo pt̄ log hec lex ēt in teſtō vbi dicit rata ſint ne eoꝝ ⁊c. Secꝰ ſi filꝰ capti ab hoſtibus teſtet̄ ⁊ decedat an̄ pr̄is redi tū. nā neq̄ʒ eiꝰ teſtm̄ ſicut ſi nō deceſſiſſet valet. cū ſemp fin gat̄ i ptāte fuiſſe: vt. ff. ad ma cedo. l. i. §. ſi pēdeat. ⁊. ff. de ca ptiuis. l. q̄ ſi filius. ⁊. ff. vñ le. l. ij. §. ſi qs deceſſerit. ⁊ de ſuis ⁊ le. l. ſi pr̄. at in deportati fi lio nō eſt fictio imo ē ſui iuris vē. mōe ēq̄ hʒ tutorē: qḋ filꝰ capti nō hʒ: vt. ff. de tute. l. mu to. §. fi. ⁊. j. ſubijcit. Itē i bōis liberti pn̄i hʒ ꝯtra tabulas fi lius deportati nō capti: nō ob ſtāte pr̄e: vt. ff. de bo. lib. l. ſi necē. §. ſi deportatus. ⁊ facit ff. de pac. do. l. quotiens.
b Nec corruꝫ. a filio geſtoꝝ.
c Efficiat. i. ſi diceres q̄ re ſcinderent̄ geſta p eū: abſur dū ſequeret̄ qḋ ſequit̄. d Ptāte. nō p nobis q dicimus nl̄ eē in pē dēti: vt nō. inſti. q. mo. ius pa. po. ſol. §. ſi ab hoſtibus.
e Minores. bene dixi cuius cōſilium le. ⁊c.
f Prohibentur. ꝯtra ſe. ſed pro ſe ſic: vt. ſ. de peu. nō eo minus.
g Quibus. minoribus. ⁊c. h Datus eſt. ſecꝰ in filio capti: vt. ff. de tute. l. muto. §. fi. ⁊c. Et nō. ſ. in magna glo. i Corruptū. ⁊ ſic teſtm̄ rūpit vt dixi. k Nā ſi patria. bene dixi nulla prauitate.
l Seruo. q facit peccatū ſeruus eſt peccati tā in pena q̄ʒ in culpa vt in. c. ſecuti ſunt. q. q. vij. ⁊ diabolo eſt Jo. i. c. iij. ⁊. c. ſi enim de pe. di. ij.
m Eoꝝ. minoꝝ. vt ſicut tutor integre vit ⁊ nō pdigus vl̄ malus admi niſtrator: ita ⁊ pater talis eſſe debet. n Fugiat. ſ. pater. i. fugetur.
o Nec tutor. dudum datus. Et ſic nō mirabile q̄ qui in ptāte patris eſt tutorem habet. Regulariter ꝯtra: vt inſti. de tute. in pn̄.
p Preſtet. ſ. tutor. q: actione tutele tenebit̄. q Diminuat. i. aggra uet niſi eēt pdigalitas. vt. ſ. vñ. pri. r Cuius. ſ. pr̄is cuſtodia eſt pui ſa ⁊c. ⁊ dic publici iuris. i. tutele. vt ergo tutor tenet̄ reddere rōneꝫ ſic ⁊ pr̄. ⁊ vt bona ſunt obligata tutoris ſic ⁊ pr̄is. Et ita eſt ꝯtra. ſ. de bonis q̄ lib. l. cū oʒ. §. nō aūt. Pōt dici hanc corrigi. vel ſpāle in quondā deportato.
ſ Que. ſ. gubernatio. t Q̄ʒ diſceſſus. ſic. ſ. de apoſta. l. hi qui.
u Per ſe nomē. vt ⁊. ſ. de penis. l. deportatoꝝ. x Reſtitutio. ſ. in in tegrū. vt. ſ. eo. l. i. ⁊c. y Officijs. pr̄ibus exhibēdis: ſic. ſ. de inof. te ſta. l. ſi q̄ñ. §. i. z Libertateꝫ. i. exiſtentiā ſui iuris. ⁊c.
a Teſtē habeant. i. dicant ſe liberatos ptāte nō pena pr̄na ſʒ benignitate patris qui eos emancipauit. Similis teſtificatio eſt. ſ. de admi. tuto. l. lex q̄ tutores. §. ſed ſi parens. Accurſius florentinus legum doc. peritiſſimus.

FINIS.

Breues concluſiones nouem librorum codicis.
Prima ſacrat: ſecunda parat: ius tertia dicit.
Contrahit ⁊ quarta: nubere quinta docet.
Teſtatur ſexta: libertas ſeptima dicit.
Pignorat octaua: crimina nona punit.

Laus deo.